





# Gospel for the First Mass of Christmas


Tonus evangélii

**D**  Ominus vobíscum. R̄. Et cum spí-ritu tu-o. V̄. Sequénti-a Sancti

 Evangé-li-i secúndum Lucam. R̄. Glóri-a tibi Dómine.


**I**  -n illo témpore: Exi-it edíctum a Cæsare Augústo, ut describerétur


 univérsus orbis. Hæc descripti-o prima facta est a præside Sýri-æ Cyrí-

 no: et ibant omnes ut pro-fi-teréntur síngu-li in su-am civi-tá-tem.

 Ascéndit autem et Joseph a Ga-lilæ-a de civi-táte Názareth, in Judæ-am


 in civi-tátem David, quæ vocátur Bétlehem: e-o quod esset de domo et

 famí-li-a David, ut pro-fi-terétur cum Marí-a desponsáta sibi uxóre

 prægnánte. Factum est autem, cum essent ibi, implé-ti sunt di-es ut




páreret. Et péperit fí-li-um su-um primogénitum, et pannis e-um invólvit,




et reclinávit e-um in præsépi-o: qui-a non erat e-is locus in diversóri-o.




Et pastóres erant in regi-óne e-ádem vigi-lántes, et custodi-éntes vigi-




li-as noctis super gregem su-um. Et ecce, Angelus Dómini ste-tit juxta



illos, et clári-tas De-i circumfúlsit illos, et timu-érunt timóre magno. Et




dixit illis Angelus: No-lí-te timére: ecce enim, evange-lízo vobis gáudi-um




magnum, quod erit omni pópulo: qui-a natus est vobis hódie Salvátor,




qui est Christus Dóminus, in civi-táte Da-vid. Et hoc vobis signum: Inveni-




é-tis infántem pannis involútum, et pósito in præsépi-o. Et súbito



facta est cum Angelo multitúdo mi-lí-ti-æ cæléstis, laudánti-um De-um,



et dicénti-um: Glóri-a in altíssimis De-o, et in terra pax homínibus



bonæ voluntá-tis.